1015. AD STATERAM JURIS DE GRADIBUS PROBATIONUM ET PROBABILITATUM GODEFRIDI VERANII LUBLINENSIS

Vorläufige Datierung: [1693 bis 1696 (?)]

Überlieferung:

L Konzept: LH IV 6, 17 Bl. 1–2. 1 Bog. 2°. 2 $^1/_2$ S.

E Couturat, *Opusc. et fragm.*, 1903, S. 210–214.

bearbeitet von Henrik Wels

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Dem dreiseitigen, sehr sauber geschriebenen und korrigierten Manuskript geht ein Blatt vorauf, auf dem Rudolf Erich Raspe notiert hat: »Nonnisi initium est elegantissimi opusculi; quod completum et ad finem perductum nobilissimam partem Logicae probabilium contineret.« Das Fehlen einer *doctrina de gradibus probabilitatis* beklagt Leibniz bereits 1679 in einem Brief an Johann Eisenhardt: »Ponderanda sunt itaque testimonia non numeranda: et res omnis redit ad doctrinam de gradibus probabilitatis, quam nemo quod sciam pro dignitate tractavit.« (I, 2 N. 411, S. 427.) Unser Stück stellt das Vorwort zu der zwar häufig erwogenen, jedoch nie zur Ausführung gelangten *Statera juris de gradibus probationum et probabilitatum* dar. Als Leibniz am 20. Januar 1687 an Vincent Placcius schreibt, ist der Plan für ein solches Werk möglicherweise schon in weitere Ferne gerückt: »Habebam olim in animo componere aliquid de gradibus probabilitatis aestimandis quam logicae partem maxime practicam et in usu versantem mirabar negligi. Omnes in ore habent, argumenta non numero sed pondere esse aestimanda. Sed quis stateram dedit qua argumenta atque indicia inter se mutuo pugnantia, ponderentur, ut eligamus quod ex datis maxime probabile est[?]« (II, 2 N. 33, S. 145). 10 Jahre später jedoch gibt Leibniz in einem Brief an Johann Andreas Schmidt vom 8. Februar 1697 zu erkennen, dass das Thema noch immer in seinen Gedanken kreist. Leibniz moniert für die Logik das Fehlen eines Abschnitts *de aestimandis gradibus probabilitatis* und setzt hinzu, über eine *doctrina de Gradibus probationum* sei von ihm »inde a multis annis est cogitatum usque adeo«. Bereits in seinem 1669 veröffentlichten *Specimen demonstrationum politicarum pro eligendo rege Polonorum* (IV, 1 N. 1, S. 3–98) habe er gezeigt, »pro conjungendis in unum diversis argumentis ad colligendam summam verisimilitudinis interdum opus esse additione interdum multiplicatione, ut in rationum compositionibus.« (I, 13 N. 327, S. 535 f.). In den 1669 publizierten *Specimina juris* (VI, 1 N. 11, S. 426) vermerkt er das Desiderat ebenso wie in einer seiner ab 1695 (vgl. VI, 2 N. 28_1, S. 26) verfassten Revisionen der *Nova methodus discendae docendaeque jurisprudentiae* von 1669 (VI, 1 N. 10, S. 281). Obgleich sich zahlreiche weitere Erwähnungen seines Plans finden (VI, 4 N. 66, S. 269.12 f., N. 85, S. 353–355, N. 114, S. 450, N. 115, S. 492, N. 206, S. 975.5 u. N. 495, S. 2790.3), hat Leibniz den Plan, dieses Thema selbst ausführlich abzuhandeln, nicht umgesetzt.

Vielleicht über den oben erwähnten Johann Andreas Schmidt vermittelt, versucht sich dessen Schüler Johann Michael Heineccius, der seit Mai 1698 mit Leibniz korrespondiert, in einer *Epistola ad … Godofredum Guilielmum Leibnitium, qua simul prodromum mox secuturi tractatus de probabilitate mensurata … dedicat* (Goslar 1700; mehr nicht erschienen) des Themas anzunehmen. Wobei der Entwurf nicht ganz Leibniz' Zufriedenheit findet, wie die Reaktion auf die Übersendung zeigt: »Unum potissimum annoto, quod nescio an non et olim subindicarim: principium probabilitatis mihi non videri collocandum in autoritate vel plurium vel sapientium sed potius in ipsis rebus, sive in similitudine veri: et si enim hinc

consequatur autoritatem quoque ad probabilitatem conferre, cum non satis simile vero sit plures et sapientes decipi; sunt tamen et alia capita complura ex quibus quid maxime probabile sit dijudicamus, ut patet ex indiciis quibus jureconsulti Medicique utuntur.« (Leibniz an Johann Michael Heineccius, 25. März 1700, I, 18 N. 274, S. 476.) Einige Wochen zuvor hatte Leibniz gegenüber Thomas Burnett of Kemney nicht ohne einen kleinen Seitenhieb auf die Probabilismusdebatte betont, wie oft ihn der Mangel dieses Logikteils bereits geschmerzt habe: »Et notandum est ipsa praecepta certitudinis moralis, imo etiam simplicis probabilitatis, posse Geometrica vel metaphysica accuratione demonstrari, et saepe me doluisse tam utilem Logicae partem quae tractet gradus probabilitatis adhuc post tot scripta de probabilismo volumina nobis deesse. Scilicet malunt homines disputare perpetuo ut negligentiae suae indulgeant, quam laborem in se semel suscipere, per quem imposterum a vanis disputationibus liberentur.« (Leibniz an Thomas Burnett of Kemney, 2. Februar 1700; I, 18 N. 211, S. 374.) Wenn Leibniz im Oktober 1696 in einem wahrscheinlich nicht abgesandten Brief an Gabriel Wagner, schreibt, dass er den Mangel einer *doctrina de gradibus probabilitatum* zu beheben hoffe, so ist dies ein weiteres Indiz, dass unser Stück um diese Zeit herum entstanden ist: »Denn man ins gemein gar wohl sagt, *rationes non esse numerandas sed ponderandas*, man müße die anzeigungen nicht zehlen, sondern wägen, aber niemandt hat noch darzu die Wage gezeiget; wiewohl keine dem werck näher gekommen, undt mehr hülff an handt gegeben, alß die Juristen daher ich auch der Materi nicht wenig nachgedacht, undt dermahleins den mangell in etwas zu ersetzen hoffe.« (II, 3 N. 83, S. 222.) Da Leibniz in seiner Korrespondenz mit Johann Andreas Schmidt und dessen Schüler Heineccius seine eigenen Pläne nicht mehr erwähnt, datieren wir unser Stück mit aller Vorsicht auf die Zeit zwischen 1693, wo das Wasserzeichen erstmals belegt ist, und 1696 oder wenig später, wo sich Leibniz nochmals intensiver mit dem Thema auseinanderzusetzen scheint.

[Thematische Stichworte:] Wahrscheinlichkeitslogik, probabilitas, gradus probabilitatis, Probabilismus

[Einleitung:] —

Ad Stateram Juris
de gradibus probationum et probabili[t]atum
Godefridi Veranii Lublinensis

Stateram quandam juris affero, novum instrumenti genus, quo non metalla et gemmae, sed quod illis pretiosius est rationum momenta aestimari possint. Omnium vox est argumenta disceptantium, sententias autorum, voces deliberantium, non debere numerari sed ponderari ab eo penes quem suprema est expensis omnibus statuendi potestas. Una gravis ratio multas conjecturas destruere potest, vicissim aliquando per se contemnenda singulatim, ubi cumulum

27 non |, ut hactenus *gestr.*| metalla *L* 28 momenta (*1*) ponderari |(*2*) aestimari *ers.*| *L* 28 f. argumenta (*1*) , sententiasque (*2*) disceptantium *L* 29 f. sed (*1*) ponderari, quotiescumque scilicet multitudo suffragiorum jus non facit; quemadmodum certe non facit in consilio Principis, in consultationibus Medicorum, (*2*) ponderari ab (*a*) eis (*b*) eo penes quem (*aa*) summa est pot (*bb*) suprema ... potestas. *L* 31 aliquando (*1*) quae non prosunt singula multa juvant. (*2*) per se contemnenda (*a*) , ubi cumulum fe (*b*) vincunt (*3*) vinc (*4*) per ... singulatim *L*

fecere, praegravant lancem. Itaque fatentur omnes, extare in rerum natura hoc Librae Logometrae genus, ubi reperiatur non ostendunt. Aristoteles Logicae parens non attigit; interpretes multo minus. Qui nostro tempore prae caeteris egregie in Logicis versati sunt, Joachimus Jungius et Antonius Arnaldus hanc partem non minus quam caeteri, praetermisere. Rem ergo summae in omni vita utilitatis nunc tandem ex Jurisprudentiae adytis promimus, ubi ita latebat, ut vix agnosceretur. Nimirum pro comperto habendum est, ut Mathematicos in necessariis, sic Jurisconsultos in contingentibus, Logicam, hoc est rationis artem, prae caeteris mortalibus optime exercuisse. Hinc illorum multa praecepta de probationibus plenis aut semiplenis, de praesumtionibus, de conjectandis sensibus legum, contractuum atque ultimarum voluntatum, de indiciis criminum atque argumentis ad inquisitionem, ad captionem, ad territionem, ad quaestionem per tormenta imi, medii, summi gradus; accedunt loca legalia argumentorum quae Topicam juris axiomatibus vel ut Vulgo loquuntur maximis instruunt. Postremo quid aliud est processus judiciarius quam forma disputandi a scholis translata ad vitam, purgata ab inaniis, et autoritate publica ita circumscripta, ut ne divagari impune liceat, aut tergiversari, neve omittatur quodcunque ad veritatis indagationem facere videri possit. Qua sane diligentia atque industria si mortales caeteris in rebus uterentur, et quantum in re pecuniaria, saepe non magna, fatigantur judices aut commissarii conferendo argumenta argumentis examinando scripturas, interrogando testes, descendendo in rem praesentem; tantum in natura investiganda, et quod potissimum est vera aeternae beatitudinis via discernenda operae poneretur; dubium nullum est, quin multo magis quam fieri solet et sanitati corporis nostri, et ipsius animae saluti consuleretur. Ut nihil jam de gravissimis in republica deliberationibus aut

1 lancem. (*1*) Hoc librae genus (*a*) in omni humana vita profuturum, (*b*) summae in omni humana vita utilitatis, ex (*aa*) jure (*bb*) Jurisconsultorum thesauris expromo. (*cc*) Jurisprudentiae adytis promo. (*2*) Itaque *L* 1 extare (*1*) hoc librae (*2*) in *L* 1 hoc (*1*) librae (*2*) Librae Logometrae *L* 2 ubi (*1*) exte (*2*) extet non (*3*) reperiatur *L* 2–4 Aristoteles … attigit; | interpretes multo minus. *erg.* | Qui nostro tempore (*1*) egregie (*2*) prae … sunt (*a*) Antonius (*b*) Joachimus … praetermisere. *erg. L* 6 ut (*1*) non (*2*) nec | (*3*) vix *ers.* | *L* 6 habendum *erg. L* 9 de (*1*) indiciis, de conjecturis (*2*) indiciis criminum, (*3*) conjectandis *L* 9 legum, *erg. L* 10 atque argumentis *erg. L* 11 ad territionem *erg. L* 11 quaestionem (*1*) et tormenta, denique ad condemnationem aut absolutionem suffecturis; (*2*) per … gradus *L* 12 argumentorum (*1*) quibus (*a*) dialectica (*b*) juris (*c*) topica juris (*2*) quae *L* 12 maximis (*1*) instruit, quas alii κυρίας δόξας vocant. (*2*) instruit. (*3*) instruunt. *L* 14 vitam, (*1*) et autoritate (*2*) et (*3*) purgata *L* 15 tergiversari, (*1*) nec | (*2*) neve *ers.* | *L* 16 uterentur, (*1*) quibus inter (*2*) et *L* 16 f. in … magna, *erg. L* 17 f. argumentis (*1*) , test (*2*) , audiendo | (*3*) interrogando *ers.* | (*4*) examinando scripturas interrogando *L* 19 investiganda, (*1*) aut vera salutis (*2*) et … beatitudinis *L* 20 f. quam (*1*) factum est hactenus, (*a*) et corporis, et (*b*) et sanitati corporis nostri, et ipsius animae saluti consuli possit. (*2*) fieri … consuleretur *L* 21-S. 101503.3 Ut … ubi (*1*) in rebus (*a*) perplexis (*b*) nonnihil implicatis (*2*) plerumque … eloquentia (*a*) ante rationem (*b*) pro ratione obtinet, (*aa*) quando vim rationum (*bb*) praesertim (*aaa*) cum (*bbb*) ubi | (*ccc*) cum *ers.* | vim rationum | ⟨vero⟩ *gestr.* | agnoscere … difficile (*aaaa*) facit (*bbbb*) fecit *erg. L*

virorum militarium consultationibus dicam, ubi plerumque autoritas vel eloquentia pro ratione obtinet, praesertim cum vim rationum agnoscere vel temporis brevitas vel rei perplexitas multiplicitasque difficile fecit. Sane Medicos constat non indiligenter praecepisse de indicationibus. Sed longissime absunt ea in re ab ἀκριβείᾳ Jurisconsultorum, cum tamen ut Plinius ait, periculum sit in nullo negotio majus. Non contemnenda sunt quae praecepit Claudinus autor libri *de ingressu ad infirmos*, aut Sanctorius in *Methodo vitandorum errorum* in Medicina, sed tenuia apparent si elaboratis Jurisconsultorum operibus conferantur, quale est Rutgeri Rulandi de Commissario, quem scriptor iste innumeris interrogationibus et subinterrogationibus ita instruxit, ut non facile aliquid elabatur.

Ut saepe in mentem venerit admirari humani ingenii perversitatem, quod diligentiam omnem eo convertit, ubi minus necesse est. De stillicidiis, de lumine aedium vicini obstructo, de itinere, actu, via per agrum, de tribus capellis, tractatur magna gravitate summoque studio; viri aliquot docti et periti velut de summa rerum sententias dicunt; itur de tribunali ad tribunal, ne quid forte priores fugerit, nihilque negligitur, quod faciat ad controversiam justo judicio terminandam, non magis quam si in Romano senatu de Asia cis Taurum montem, aut de Aegypti regno ageretur. Laudandi sunt isti judices assessoresque suae industriae et religionis; faciunt officium in parvis non minus quam in magnis. Etiam in tenui laborem merces apud Deum non tenuis manet. Sed genus humanum culpandum est, quod dum exiguis negotiis egregie praevidit, maxima quaeque in casum dare solet. Itaque a Jurisconsultis exemplum

3 fecit. (*1*) Equidem (*2*) Sane *L* 3 f. indicationibus | directis contrariisque *gestr.* | . Sed *L* 5 nullo | quam sanitatis *erg. u. gestr.* | negotio *L* 7 tenuia (*1*) sunt | (*2*) apparent *ers.* | *L* 11 aedium *erg. L* 12 f. studio; (*1*) nihil omittitur (*2*) viri *L* 13 f. periti (*1*) nihil omittant, (*2*) velut de summa rerum (*a*) deliberant, (*b*) sententias … nihilque (*aa*) omittitur | (*bb*) negligitur *ers.* |, quod *L* 14 controversiam (*1*) ⟨s⟩ (*2*) recto (*3*) justo *L* 15 si (*1*) de Lucullianis hortis, (*a*) aut (*b*) ⟨sive⟩ de ⟨adjudi⟩ (*c*) immo de Asia cis Taurum montem (*d*) immo de regno Aegypti (*aa*) ⟨aut⟩ (*bb*) inter (*2*) in *L* 16 et religionis *erg. L* 17 officium (*1*) in magnis non minus (*2*) in *L* 17 f. laborem (*1*) gloria | (*2*) laus (*3*) merces *ers.* | | etiam *gestr.* apud Deum *erg.* | *L* 18 manet (*1*) ; et fieri potest, ut aliquis (*a*) homo de plebe in lud (*b*) homo obscurus in ludo latrunculario, in (*c*) artifex in suo opificio, aut etiam (*2*) . Sed *L* 18 dum *erg. L* 19 a (*1*) Jurisconsulto (*2*) Jurisconsultis *L*

4 f. cum … majus: vgl. PLINIUS D. Ä. (C. Plinius Secundus), *Naturalis Historiae libri XXXVII*, XXIX, 1, 17, dort vielmehr: *cum sit periculum in nullo mendacio majus.* 5 f. Claudinus: G. C. CLAUDINUS, *De ingressu ad infirmos libri duo*, Venedig 1612 u. ö. 6 f. Sanctorius … Medicina: S. SANCTORIUS, *Methodi vitandorum errorum omnium, qui in arte medica contingunt libri XV*, Venedig 1603 u. ö. 8 Rulandi de Commissario: R. RULANT, *Tractatus de commissariis et commissionibus Camerae Imperialis*, Frankfurt 1597 u. ö.

petere oportet instruendae rationis humanae in gravissimis de vita et sanitate, de republica, de belli pacisque negotiis, de conscientiae moderamine, de aeternitatis cura, deliberationibus. Habent Theologi cur se hic admoneri non aegre ferant. Quisquis Colloquia eorum in publicum edita inspexerit curatius, mirabitur saepe tantas res tam perfunctorie, ne dicam praepostere tractari. Quidam non argumentantur sed concionantur; alibi Sophismatum seges pullulat, plerumque exacerbantur animi, et in convicia exardescunt. Postremo ita teritur tempus, ita in orbem circumagitur disputatio, ut taedio et desperatione fructus etiam illi finem expetant, qui maxime initiis favere. Sed missis controversiis inter partes, in quas scissus est Christianus Orbis, ad eos inprimis pertinet haec opera nostra de Probationum Gradibus, qui conscientias regunt. Praesertim cum ab aliquot annis magna animorum contentione de vi ac potestate probabilitatis inter ipsos certetur. Sunt enim qui putant hominem scientem ac prudentem posse opinionem minus probabilem minusque tutam in agendo sequi, quod alii velut grande piaculum fortiter accusant. Prosper Fagnanus scriptor celebris ex illorum genere quos Canonistas vocant, graviter ostendit, quanto sint Jurisconsulti hac in re multis Theologis severiores. Respondit ipsi Honoratus Fabrius Theologus et philosophus magni ingenii et vastae doctrinae, et sane in nonnullis absolvit Probabilistas, et cautiones complures egregias praescripsit; tandem tamen eo descendit ut fateatur ex suae partis sententia, posse non raro homines conscientiae suae consulentes, posse etiam animarum medicos, conscientiarumque directores opinionem recte praeferre quae ipsismet minus verisimilis minusque tuta videtur, quando tamen in simili plane causa, idem judici aut advocato non liceret. Quod quemadmodum ego non sine admiratione animadverti, ita vel hinc aestimandum puto quanto praestet in hoc genere discere a

1 et sanitate *erg. L* 1 republica, (*1*) de bello gerendo, de aeternitate (*2*) de *L* 4 f. praepostere | et sophistice *gestr.* | tractari *L* 5 f. pullulat, (*1*) plerumque ita in orbem reditur, ut (*2*) plerumque *L* 6 Postremo (*1*) ita in orbem circumagitur disputatio, (*2*) ita *L* 7 fructus (*1*) auditores (*2*) etiam qui (*3*) etiam *L* 8 inter | magnas *gestr.* | partes *L* 9 Orbis, (*1*) saltem illos (*2*) illi certe (*3*) ut (*4*) ad *L* 9 nostra ... Gradibus *erg. L* 11 ipsos (*1*) dis (*2*) certetur *L* 13 Fagnanus (*1*) jureconsultus | (*2*) scriptor *ers.* | *L* 15 Honoratus | Fabrius *erg.* | (*1*) magni vir ingenii, et subinde (*2*) Theologus et philosophus | insignis *gestr.* | magni ingenii *L* 17 sententia, (*1*) posse aliquando (*a*) ho (*b*) conscienti (*2*) aliquando posse nos (*3*) saepe posse (*4*) posse non raro *L* 18 etiam *erg. L* 18 f. opinionem (*1*) minus verisimilem sequi (*2*) sequi (*3*) recte praeferre *L* 19 quae (*1*) ipsis (*2*) ipsismet *L* 19 minusque tuta *erg. L* 19 f. quando (*1*) jct (*2*) jurisconsult (*3*) judi (*4*) | tamen *erg.* | in simili plane causa, id (*5*) tamen ... idem *L* 21 aestimandum (*1*) re (*2*) puto, quam utilis (*3*) puto *L*

13 f. Prosper ... severiores: vgl. P. FAGNANUS, *De opinione probabili tractatus ex commentariis Prosperi Fagnani super Decretalibus seorsum recusus*, Rom 1665, u. *Commentaria super quinque libros Decretalium*, Rom 1661 u. ö. 15–20 Respondit ... liceret: vgl. H. FABRI, *Confutatio Tractatus de opinione probabili, ab Illustrissimo Prospero Fagnano editi, eodem auctore, quatuor Dialogis*, in H. FABRI, *Apologeticus Doctrinae Moralis ejusdem Societatis*, Lyon 1670, S. 162–237, bes. S. 221–237.

Legibus et Jurisconsultis, quae longo usu vitae et controversiarum multiplici discussione probantur, quam a novitiis quibusdam scriptoribus mutuari quae in scholarum umbra subtiliter magis quam accurate cogitata, lucem negotiorum non aeque ferunt. Haec autem non eo accipi velim, quasi Jurisconsultos esse sine naevis putem, aut quasi omnia apud ipsos ita sint constituta, ut rectius non possint. Quid enim tale est in rebus humanis? Fateor lubens passim incerto jure nos uti et egere subinde novi Legislatoris opera multaque singulatim in judiciorum processu emendationem postulare; quin et alicubi περιεργία quadam laborari et nimia formae solennis cura rem ipsam saepe amitti, lassatis litigantibus exhaustisque inter judiciorum moras. Sed haec ostendunt nihil tam egregium esse, quin abusui pateat. Postremo fateor hanc quam ego profero dijudicandi, et rationes inter se confligentes velut in bilance expendendi methodum, nec apud Jurisconsultos ita traditam esse, ut novo studio nostro non fuerit opus. Materiam tamen operis ab illis suppeditatam, et ex diligentia ipsorum haec nova qualiacunque nostra meditamenta effloruisse res ipsa ostendit. Certe nulli alii tot adminicula subministrarunt. Nos tamen in aliis quoque doctrinis non perfunctorie versati, fortasse contulimus aliquid ad utilissimae Tractationis perfectionem, cujus nos aperire aditum contenti in novo doctrinae genere, alteri melioribus auspiciis ultimam manum imposituro libenter et candide applaudemus.

1 Jurisconsultis (*1*) quae non excogitata sunt ab hominibus privatis (*2*) quae | longo *erg.* | *L* 1 controversiarum (*1*) finitione (*2*) | multiplici *erg.* | discussione *L* 2 a novitiis quibusdam | (*1*) morum ⟨eti⟩ (*2*) Casuum *erg.* | Theologis (*3*) Scriptoribus mutuari *erg.* | *L* 2 scholarum (*1*) pulvere e (*2*) umbra *L* 2 umbra (*1*) | subtiliter licet *erg.* | excogitata, lucem negotiorum non facile (*2*) subtiliter *L* 3 ferunt. (*1*) Haec autem non accipi velim, quasi jurisconsultos esse sine naevis putem. Neque enim nego saepe jus ipsum incertum ⟨vero⟩ et novo Legislatore egere, multa esse emendanda in (*a*) forma proce (*b*) judiciorum processu (*2*) Haec *L* 6 jure (*1*) laborari, et egere nos (*2*) nos ... egere *L* 10 rationes (*1*) utrisque (*2*) utriusque partis (*3*) inter se confligentes *L* 11 nostro *erg. L* 12 operis (*1*) non (*2*) in omnibus scientiis (*3*) ab ipsis (*4*) ab illis *L* 12 ex *erg. L* 13 Certe (*1*) nuspiam alias (*2*) nulli *L* 14 tamen *erg. L* 14 fortasse (*1*) attulimus aliquid unde Jc (*2*) contulimus *L* 14 f. ad (*1*) nobilissimae materiae perfecti (*2*) utilissimae *L* 15 novo | quodam *gestr.* | doctrinae *L* 16 genere (*1*) aliis ultimam manum imposituris (*2*) aliis major⟨e⟩ s (*3*) alteri ... imposituro *L*